

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

M. Tvllii Ciceronis Orationvm Pars ...

Cicero, Marcus Tullius

Coloniae Agrippinae, 1629

Oratio XXI.

[urn:nbn:de:bsz:31-116557](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-116557)

ORATIO III.

templa, atque vrbs testa defendunt: quos vos, Quirites, precari, venerari, atque implorare debetis, vt quam urbem pulcherrimam, florentissimam, potentissimamque esse voluerunt, hanc omnibus hostium copijs, terra marique superatis, à perditissimorum ciuum nefario scelere defendant.

IN L. CATILINAM AD QUIRITES.

ORATIO XXI.

Remp. Quirites, vitamque omnium vestram, bona, fortunas, coniuges, liberosque vestros, atque hoc domicilium clarissimi imperij, fortunatissimam pulcherrimamque urbem hodierno die, deorum immortalium summo erga vos amore, laboribus, consilijs, periculis meis, & flamma, atque ferro, ac penè ex faucibus fati ereptam & vobis conseruatam, ac restitutam videtis.* & si non minus nobis incundi, atque illustres sunt ij dies, quibus conseruamur, quam illi, quibus nascimur: quodd salutis certa letitia est, nascendi incerta conditio: & quodd sine sensu nascimur, cum voluptate conseruamur: profectò, quoniam illum, qui hanc urbem condidit, Romulum, ad deos immortales beneuolentia, famaue sustulimus: esse apud vos, posterisque vestros

IN L. CATILINAM.

stros in honore debebit dies is, qui eandem hanc vr-
 bem conditam, amplificatamque seruauit: nam totis
 vrbis, templis, delubris, tectis omnibus ac moenibus,
 subiectos propè iam ignes circumdatosque restinxi-
 mus: ydemque gladios in temp. distridos retudi-
 mus, mucronesque eorum à ingulis vestris reieci-
 mus. * qua quoniam in senatu illustrata, patefa-
 cta, comperta sunt per me: vobis iam exponam
 breuiter, Quirites: vt & quanta, & quam mani-
 festa, & qua ratione inuistigata, & comprehensa
 sint, vos, qui & ignoratis, & expectatis, scire possi-
 tis. Principio, vt Catilina paucis antè diebus eru-
 pit ex vrbe, cum sceleris sui socios, & huiusce nesa-
 rii belli acerrimos duces Roma reliquisset: semper
 vigilauit, & prouidi, Quirites, quemadmodum in-
 tantis, & tam absconditis insidijs salui esse posse-
 mus. nam tum, cum ex vrbe Catilinã eijciebam (non
 enim iam vereor huius verbi inuidiam, cum illa ma-
 gis sit timenda, quodd viuis egressus est) sed tum, cum
 illum exterminari volebam, aut reliquam coniurato-
 rum manum simul exituram, vt eos, qui remansis-
 sent, infirmos sine illo ac debiles fore putabam. * atq;
 ego, vt vidi, quos maximo furore, & scelere esse in-
 flammatos sciebam, eos esse nobiscu, & Roma reman-
 sisse: in eo, omnes dies noctesque consumpsi, vt quid a-
 gerent, quid moliremur, sentirem ac viderem: ve,
 quoniam auribus vestris propter incredibilem ma-
 gnitudinem sceleris, in inorem fidem faceret oratio
 mea, rem ita comprehenderem, vt tum demum
 animis salutis vestrae prouideretis, cum oculis

ORATIO III.

maleficium ipsum videretis. itaque ut comperi, legatos Allobrogum, belli transalpini & tumultus Gallici excitandi causa, à P. Lentulo esse sollicitatos, eosque in Galliam ad suos ciues, eodem itinere cum literis, mandatisque ad Catilinam esse missos, comitemque ijs adiunctum Vultureium, atque huic datas esse ad Catilinam literas: facultatem mihi oblatam putavi, ut, quod erat difficillimum, quodque ego semper optabam à dijs immortalibus, tota res non solum à me, sed etiam à senatu, & à vobis manifestè deprehenderetur.* istaque hesterno die L. Flaccum & C. Pontinium praetores, fortissimos atque amantissimos reip. viros, ad me vocavi, rem omnem exposui: quid fieri placeret, ostendi. illi autem, qui omnia de rep. praecelata atq; egregia sentirent, sine recussatione, ac sine vlla mora negotium susceperunt, & cum aduesperasceret, occultè ad pontem Miluium perueniunt, atque ibi in proximis villis ita bipartiti fuerunt, ut Tiberis inter eos & pons interesset. eodè autem & ipsi, sine cuiusquam suspicionem, multos fortes viros eduxerunt: & ego de praefectura Reatina cum plures delectos adolecètes, quorum opera vsor assidue in reip. praesidio, cum gladijs miseram.* interim terra fere vigilia exacta, cum iam pontem cum magno comitatu legati Allobrogum ingredi inciperent, vnaque Vultureius: fit in eos impetus, educuntur & ab illis gladij & à nostris. res erat praetoribus nota solum, ignorabatur à ceteris. tum interuentu Pontini, atq; Flacci, pugna, qua erat commissa, sedatur: litera, quaecunque erant in eo comitatu, integrè signis, praetoribus

IN L. CATILINAM.

toribus traduntur: ipsi comprehensi ad me, cum iam dilucesceret, deducuntur. atq; horum omnium scelerum improbissimum machinatorem Cimbrum Gabinium statim ad me, nihil dum tale suspicantē, vocavi: deinde item accersitur P. Statilius, & post eum C. Cethegus: tardissime autem Lentulus venit, credo, quod in literis dandis præter consuetudinem proxima nocte vigilarat. * cum summis ac clarissimis huius civitatis viris, qui audire, frequentes ad me mane conuenerant, literas à me prius aperiri, quam ad senatum referrem placeret, ne, si nihil esset inuentum, temerè à me tantus tumultus iniectus civitati videretur. negavi me esse facturum, ut de periculo publico non ad consilium publicum rem integram deferrem. etenim, Quirites, si ea, quæ erant ad me delata, reperta non essent: tamen ego non arbitrabar in tantis reip. periculis esse mihi nimiam diligentiam pertimescendam, senatū frequentē celeriter, ut vidistis, coegi. * atque interea statim admonitu Allobrogū, C. Sulpitium prætorem fortem virum misi, qui ex ædibus Cethegi, si quid telorum esset, efferret, ex quibus ille maximum sicarum numerum, & gladiatorum extulit. introduxi Vultureium sine Gallis: fidem ei publicam iussu senatus dedi: hortatus sum, ut ea, quæ sciret, sine timore iudicaret. tum ille, cum vix se ex magno timore recepisset, dixit, à P. Lentulo se habere ad Catilinam mandata, & literas, ut servorum presidio uteretur, & ad urbē quam primum cum exercitu accederet: id autem eo consilio, ut cum urbem

ORATIO III.

omnibus ex partibus, quemadmodum descriptum distributumq; erat, incendiissent, eademq; infinitam civium fecissent, praesidio esset ille, qui & fugientes exciperet, & se cum his urbanis ducibus coniungeret. *
 9 introducti autem Galli, iusurandum sibi, & literas à P. Lentulo, Cethego, Statilio ad suam gentem datas esse dixerunt, atque ita sibi ab his & à L. Cassio esse praescriptum, ut equitatum in Italiam quàm primum mitterent, pedestres sibi copias non defuturas: Lentulum autem sibi confirmasse, ex libris Sybillinis, aruspicumque responsis se esse tertium illum Cornelium, ad quem regnum huius urbis, atque imperium peruenire esset necesse: Cinnam ante se, & Syllam fuisse eundemq; dixisse, fatalem hunc esse annum ad interitum huius urbis, atque imperij, qui esset decimus annus post virginum absolutionem, post Capitolij autem incensionem vicesimus. * hanc autem Cethego cum ceteris controuersiam fuisse dixerunt, quòd
 10 Lentulo, & ceteris Saturnabilis eadem fieri, atque urbem incendi placeret. Cethego nimium id longum videretur. ac ne longum sit, Quirites, tabellae proferri iussimus, quae à quoquo dicebantur datae. primum ostendimus Cethego: signum cognouit. nos linum incidimus, legimus. erat scriptum ipsius manu Allobrogum senatus, & populo, sese, quae eorum legati confirmasset, esse facturum: orare, ut item illi facerent, quae sibi legati eorum praecepissent. tum Cethegus, qui paulo antè aliquid tamen de gladijs, ac sicis, quae apud ipsum itidem erant deprehensa, respondisset, dixissetq; se semper bonorum ser-

IN L. CATILINAM.

vamentorum studiosum fuisse : recitatis literis , de-
 bilitatus atque abiectus , conscientia conuictus , re-
 pentè conticuit. Introductus est Statilius : cognouit
 & signum , & manum suam. recitatae sunt tabellae
 in eadem ferè sententiam : confessus est. Tum
 ostendi tabellas Lentulo , & quasiu , cognoscerentne
 signum : annuit est vero , inquam , signum notum , i-
 mago aui tui clarissimi viri , qui amauit vnicè pa-
 triam , & ciues suos : quae quidem te à tanto scelere
 etiam muta reuocare debuit. * Leguntur eadem ra-
 tione ad senatum Allobrogum populumque litera. si
 quid de his rebus dicere vellet , feci potestatem. atque
 ille quidem primò negauit : post autem aliquanto ,
 toto iam indicio exposito atque edito , surrexit :
 quasuit à Gallis , quid sibi esset cum ijs , quamob-
 rem domum suam venissent : itemque à Vultureio.
 qui cum illi breuiter constanterque respondissent ,
 per quem ad eum , quoriesque venissent : quasissent qz
 ab eo , nihilne secum esset de libris Sybillinis locutus :
 tum subito ille scelere demens , quanta vi conscientia
 esset , ostendit : nam cum id posset insciari , repenti
 præter opinionem omnium confessus est : ita eum
 non modo ingenium illud , & dicendi exercitatio ,
 qua semper valuit , sed etiam propter vim sceleris
 manifesti atque deprehensi , impudentia , qua supe-
 rabat omnes , improbitasque defecit. * Vultureius ve-
 ro subito proferrì literas atque aperiri iubet , quas
 sibi à Lentulo ad Catilinam datas esse dicebat : atque
 ibi vehementissimè perturbatus Lentulus , tamen
 signum & manum suam cognouit : erant autem

ORATIO III.

scripta sine nomine, sed ita. QVI SIM, EX EO
 QVEM AD TE MISI, COGNOSCES, CV-
 RA, VT VIR SIS: ET COGITA, QVEM IN
 LOCVM SIS PROGRESSVS: ET VIDE,
 QVID IAM TIBI SIT NECESSE: CVRA,
 VT OMNIVM TIBI AVXILIA ADIVNGAS,
 ET IAM INFIMORVM. Gabinius deinde introdu-
 ctus, cum primò impudenter respondere cœpisset, ad
 extremum nihil ex ijs qua Galli insimulabant, ne-
 13 gavit. * ac mihi quidem, Quirites, cum illa certissi-
 ma sunt visa argumenta, atque incidia sceleris, ta-
 bella, signa, manus, demique vniuscuiusque confesio:
 rum multò illa certiora, color, oculi, vultus, taciturni-
 tas: sic enim obstupuerant, sic terram intuebantur,
 vt non iam ab alijs iudicari, sed ipsi à se viderentur.
 Indicys expositis atque editis, Quirites, senatum
 consului, de summa reip. quid fieri place-
 ret. dicta sunt à principibus acerrime ac fortissima
 sententia, quas senatus sine vlla varietate est secutus.
 & quoniam nondum est perscriptum S. C. ex me-
 14 moria vobis, Quirites, quid senatus censuerit, expo-
 nuntur, quòd virtute, consilio, providentià meâ,
 resp. periculù sit maximis liberata: deinde L. Flac-
 cus & C. Pontinius pratores, quòd eorum opera for-
 ti fâdelique vsus essem, meritò ac iure laudantur: at-
 que etiam viro forti, collega meo C. Antonio lau-
 impertitur, quòd eos, qui huius coniurationis parti-
 cipes fuissent, à suis & reip. consilijs remouisset. atque

IN L. CATILINAM.

ita censuerunt, ut P. Lentulus, cum se pratura abdicasset, tum in custodiam traderetur, itemque ut C. Cethegus, L. Statilius, P. Gabinus, qui omnes praesentes erant, in custodiam traderentur: atque idem hoc decretum est in L. Castium, qui sibi procuracionem incendenda urbis depoposcerat: in M. Ceparium, cui ad sollicitandos pastores Apuliam esse attributam, erat indicatum: in P. Furium, qui est ex his colonis, quos Fesulas L. Sylla deduxit: in Q. Megium Chilonem, qui una cum hoc Furio semper erat in hac Allobrogum sollicitatione versatus. in P. Umbrenum, libertinum hominem, a quo primum Gallos ad Gabinium perductos esse constabat. * atque ea lenitate senatus est usus, Quirites, ut ex tanta coniuratione, tantaque vi ac multitudine domesticorum hostium nouem hominum perditissimorum poena rep. conseruata, reliquorum mentes sanari posse arbitraretur. atque etiam supplicatio deus immortalibus pro singulis eorum merito, meo nomine decreta est, Quirites: quod mihi primum post hanc urbem conditam togato contigit: & his decreta verbis, quod urbem incendens, caede ciues, Italiam bello liberasset, quae supplicatio sic cum ceteris conseruatur, Quirites, hoc interstit, quod cetera bene gesta, hac una conseruata rep. constituta est. atque illud, quod faciendum primum fuit, factum atque transactum est. nam P. Lentulus, quanquam patrefactus iudicis, & confessionibus suis, iudicio senatus non modo pratoris ius, verum etiam ciuis amiserat: tamen magistratu se abdicauit: ut, quae religio C. Mario clarissimo viro non

25 fue-

ORATIO III.

fuerat, quod minus C. Glauciam, de quo nihil nominatum erat decretum, pratorum occideret, ea nos religione in priuato P. Lentulo puniendo liberaremur.* Nunc, quoniam, Quirites, sceleratissimi periculofissimiq; belli nefarios duces captos iam, & comprehensos tenetis, existimare debetis, omnes Catilinae copias, omnes spes opesque, his depulsis vrbis periculis concidisse. quem quidem ego, cum ex vrbe pegebam, hoc prouidebam animo, Quirites, remoto Catilina, nec mihi esse P. Lentuli somnum, nec L. Cassij adipem, ne a C. Cethegi furiosam temeritatem pertimescendam, ille erat vnus timendus ex his omnibus, sed tam diu, dum moribus vrbis continebatur: omnia norat: omnium aditus tenebat: appellare, tentare, sollicitare poterat, audebat: erat ei consilium ad facinus aptum: consilio autem neque lingua, neque manus deerat: iam ad certas res conficiendas, certos homines delectos ac descriptos habebat: neque verò, cum aliquid mandauerat, confectum putabat: nihil erat, quod non ipse obiret, occurreret, vigilaret, laboraret: frigus, sitim, famem ferre poterat. + hunc ego hominem tam acrem, tam paratum, tam audacem, tam callidum, tam in scelere vigilantem, tam in perditis rebus diligentem, nisi ex domesticis insidijs in castrense latrocinium compulsi-
sem: (dicam id, quod sentio, Quirites) non facile hanc tantam molem mali à ceruicibus vestris depulsi-
sem. non ille vobis Saturnalia constituisset, neque tanto ante exitij, ac fati diem resp. denunciasset: neque commisisset, vt signum, vt litera sua, testes denique
mani-

IN L. CATILINAM.

manifesti sceleris deprehenderentur. qua nunc illo
 absente sic gesta sunt, ut nullum in priuata domo
 furtum vnquam, sit tam palam inuentum, quam
 hac tanta in temp. coniuratio, manifestò inuentà,
 atq; deprehensa est. quodd si Catilina in vrbe ad hanc
 diem remansisset: quanquam, quoad fuit, omnib. eius
 consilijs occurri, atque obstrui: tamen, ut leuissimè di-
 cam, dimicandum vobis cum illo fuisset. neque nos
 vnquam, dum ille in vrbe hostis fuisset, tantu peri-
 culu temp. tanta pace, tanto otio, tanto silentio libe-
 rassemus.* quanquam hac omnia, Quirites, ita 18
 sunt à me administrata, ut deorum immortalium
 nutu atque consilio, & gesta & prouisa esse videan-
 tur, idque cum coniectura consequi possumus, quodd vix
 videtur humani consilij tantarum rerum guberna-
 tio esse potuisse: tum verò ita presentes hu temporibus
 opem & auxilium nobis tulerunt, ut eos penè oculis
 videre possemus. nam vt illa omittam, visas noctur-
 no tempore ab occidente faces ardoremq; cæli, vt ful-
 minum iactus, vt terra motus, cæteraque, qua tam
 multa nobis consulibus facta sunt, vt hæc, qua nunc
 fiunt, canere dñj immortales viderentur: hoc certè,
 Quirites, quod sum dicturus, neque prætermittend-
 dum, neque relinquendum est.* nam profectò memo- 19
 ria tenetis, Cotta, & Torquato consulibus, complu-
 res in Capitolio turres de cælo esse percussas, cum &
 simulacra deorum immortalium depulsa sunt, &
 statua veterum hominum deiecta, & legum ara li-
 que facta. tactus est etiam ille, qui hanc urbem condi-
 dit, Romulus, quem inauratum in Capitolio, par-
 uum,

ORATIO III.

zum, atque lactantem, vberibus lupinis inbian-
 tem fuisse meministis. quo quidem tempore, cum
 avuspices ex tota Etruria conuenissent, cades, at-
 que incendia, & legum interitum, & bellum ciui-
 le ac domesticum, & totius vrbis ac imperij occa-
 sum, appropinquare dixerunt, nisi dñj immortales
 omni ratione placati, suo numine propè fata ipsa
 flexissent. * itaque illorum responsis, tunc & ludi
 20 decem per dies facti sunt, neque res vlla, qua ad
 placandum deos pertineret, pratermissa est: idem-
 que iusserunt simulacrum Iouis facere maius, & in
 excelso collocare, & contra atque antè fuerat, ad
 orientem conuertere: ac se sperare dixerunt, si
 illud signum, quod videtis, solis ortum & forum
 curiamque conspiceret, fore, vt ea consilia, qua
 clam essent inita contra salutem vrbis, atque im-
 perij, illustrarentur. vt à senatu, populoque R. per-
 spici possent, atque illud ita collocandum consules
 illi statuerunt, sed tanta fuit operis tarditas, vt
 neque à superioribus consulibus, neque à nobis ante
 21 hodiernum diem collocaretur. * hic quis potest esse,
 Quirites, tam auersus à vero, tam præcep, tam
 mente captus, qui neget hac omnia, qua videmus.
 præcipuequè hanc urbem deorum immortalium
 nutu, atque potestate administrari? etenim cum
 esset ita responsum, cades, incendia, interitumque
 reip. comparari, & ea per ciues: qua tum propter
 magnitudinem scelerum nonnullis incredibilia vi-
 debantur, ea non modò cogitata à nefarijs ciuibus,
 verum

IN L. CATILINAM.

verum etiam suscepta esse sensitis. illud vero nomen
 ita praesens est, ut nutu Iouis Optimi Maximi factum
 esse videatur? ut, cum hodierno die mane, per
 forum, meo iussu & coniurati, & eorum iudices in
 adem Concordia duceremur, eo ipso tempore si-
 gnum statueretur? quo collocato, atque ad vos, se-
 natumque conuerso, omnia & senatus, & vos, qua-
 erant contra salutem omnium cogitata, illustra-
 ta, & patefacta vidistis. * quo etiam maiore sunt
 isti odio supplicioque digni, qui non solum vestris
 domicilijs atque rebus, sed etiam deorum templis
 atque delubris sunt funestos ac nefarios ignes in-
 ferre conati: quibus ego si me resistisse dicam, ni-
 mium mihi sumam, & non sim ferendus: ille, ille
 Iupiter resistit: ille Capitolium, ille haec templa,
 ille hanc urbem, ille vos omnes saluos esse voluit.
 dijs ego immortalibus ducibus hanc mentem, Qui-
 rites, voluntatemque suscepi, atque ad haec tanta
 indicia perueni. iam vero illa Allobrogum sollicita-
 tio, iam a Lentulo, ceterisque domesticis hostibus,
 tanta res tam dementer credita ignotis & barba-
 ris, commissaque litera nunquam essent profecto,
 nisi a dijs immortalibus huic tanta audacia consi-
 lium esset ereptum, quid vero? ut homines Galli,
 ex ciuitate male pacata, qua gens vna restat, qua
 populo Ro. bellum facere & posse, & non nolle vi-
 deatur: spem imperij, & rerum amplissimarum,
 vltro sibi a patricijs hominibus oblatam, negligere-
 rent, vestramque salutem suis opibus anteponerent:

ORATIO III.

id nonne diuinitus factum esse putatis? praesertim
 qui nos non pugnando, sed tacendo superare potue-
 runt? * quamobrem, Quirites, quoniam ad omnia
 23 puluinaria supplicatio decreta est, celebratore il-
 los dies cum coniugibus, ac liberis vestris: nam mul-
 ti sapè honores dÿs immortalibus iusti habiti sunt,
 ac debiti, sed profecto iustiores nunquam. erepti
 enim ex crudelissimo ac miserrimo interitu, erepti
 sine cade, sine sanguine, sine exercitu, sine dimica-
 tione, togati, me vno togato duce & imperatore
 24 vicistis. * et enim recordamini, Quirites, omnes
 ciuiles dissensiones; neque solum eas, quas audistis,
 sed & has quas vosmetipsi meministis & vidistis.
 L. Sylla P. Sulpitium oppressit: C. Marium, custodem
 huius urbis multosque fortes viros partim eiecit
 ex ciuitate, partim interemit. Cn. Octavius consul
 armis ex vrbe collegam suum expulit. omnis hic lo-
 cus aceruus corporum & ciuium sanguine redunda-
 uit. superauit postea Cimna cum Mario. tum verò
 clarissimis viris interfectis, lumina ciuitatis extin-
 cta sunt. vltus est huius victoria crudelitatem post-
 ea Sylla, ne dici quidem opus est quanta diminutio-
 ne ciuium, & quanta calamitate reip. dissensit M.
 Lepidus à clarissimo, & fortissimo viro Q. Catulo:
 attulit non tam ipsius interitus reip. luctum, quam
 25 ceterorum. * atque illa dissensiones erant huiusce-
 modi, Quirites, quae non ad delendam, sed ad com-
 mutandam reip. pertinerent. non illi nullam esse
 reip. sed in ea, quae esset, se esse principes: neque hanc
 urbem

IN L. CATILINAM.

Urbem conflagrare, sed se in hac vrbe florere volue-
 runt. atque illa tamen omnes dissensiones, quarum
 nulla exitium reip. quaesuit, eiusmodi fuerunt, vt
 non reconciliatione concordia, sed internectione ci-
 uium dī dicata sint. in hoc autem vnum post ho-
 minum memoriam maximo, crudelissimoque bel-
 lo, quale bellum nulla vnquam barbaria cum sua
 gente gessit, quo in bello lex hac fuit a Lentulo, Ca-
 tilina, Cassio, Cethego constituta, vt omnes, qui sal-
 ua vrbe salui esse possent, in hostium numero duce-
 rentur, ita me gessi, Quirites, vt omnes salui conser-
 uaremini, & cum hostes vestri tantum ciuium su-
 perfuturum putassent, quantum infinita cadi resti-
 tisset: tantum autem vrbs, quantum flamma obire
 non potuisset: & urbem & ciues integros incolumes-
 que seruaui. * Quibus pro tantis rebus, Quirites, 26
 nullum ego a vobis primum virtutis, nullum insi-
 gne honoris, nullum monumentum laudis postulo,
 praterquam huius diei memoriam sempiternam in
 animis ego vestris omnes triumphos meos, omnia
 ornamenta honoris, momenta gloria, laudis insi-
 gnia, condi & collocari volo, nihil me mutum potest
 delectare, nihil tacitum, nihil denique huiusmodi,
 quod etiam minus digni assequi possint. memoria ve-
 stra, Quirites, nostrae res alentur, sermonibus cre-
 scent, literarum monumentis inueterascunt, & cor-
 roborabuntur: eandemque diem intelligo, quam spe-
 ro eternam fore, & ad salutē vrbs, & ad memoriam
 consulatus mei propagatam: vnoq; tēpore in hac rep.
 duos

ORATIO III.


duos ciues extitisse, quorum alter fines vestri imperij non terra, sed caeli regionibus terminaret: alter eiusdem imperij domicilium, sedesque serua-
 27 ret. * sed quoniam earum rerum, quas ego gessi, non est eadem fortuna, atque conditio, qua illorum, qui externa bella gesserunt, quod mihi viuendum est cum illis, quos vici, ac subegi: illi hostes aut interfectos, aut oppressos reliquerunt: vestrum est, Quirites, si ceteris recte sua facta profunt, mihi mea ne quando obsint, providere: mentes enim hominum audacissimorum scelerata ac nefaria ne vobis nocere possent, ego prouidi: ne mihi noceant, vestrum est providere. quanquam Quirites, mihi quidem ipsi nihil iam ab istis noceri potest: magnum enim est in vobis praesidium, quod mihi in perpetuum comparatum est: magna in rep. dignitas, qua me semper tacita defendet: magna vis est conscientiae: quam qui negligent, cum me violare
 28 volent, se ipsi iudicabunt. * est etiam in nobis animus, Quirites, ut non modo nullius audacia cedamus, sed etiam omnes improbos ultra semper lacessamus. quod si omnis impetus domesticorum hostium depulsus a vobis se in me vnum conuerterit: vobis erit providendum, Quirites, qua conditione posthac eos esse velitis, qui se pro salute vestra obtulerint inuidia periculisque omnibus: mihi quidem ipsi, quid est, quod iam ad vitae fructum possit acquiri? praesertim cum neque in honore vestro, neque in gloria virtutis quicquam videam altius, quod quidem

III.
 IN L. CATILINAM.

dem mihi libeat ascendere? * illud perficiam profecto. 29
 Et, Quirites, ut ea, quae si in consulatu, prua-
 tius tuear, atque ornem, ut si qua est invidia in con-
 seruanda rep. suscepta, ladat inuidos, mihi valeat
 ad gloriam. denique ita ne in Rep. retractabo, vs
 meminerm semper qua gesserim, curemque ut ea
 virtute, non casu gesta esse videantur Vos, Quiri-
 tes, quoniam nox est, veneramini illum louem, cu-
 stodiam huius vrbs, ac vestrum atque in vestra te-
 eta discedite, & ea, quanquam iam periculum est
 depulsum, tamen aequè, ac priori nocte fecistis, custo-
 dijs, vigilyque defendite. id ne vobis diutius faci-
 endum sit, atque ut in perpetua pace esse possitis, pro-
 uidebo.

IN L. CATILI-
 NAM, IN SENATV.

ORATIO XXII.

 Ideo, P. C. in me omnium vestrum
 ora, atque oculos esse conuersos: vi-
 deo vos non solum de vestro, ac reip.
 verum etiam, si id depulsum sit, de
 meo periculo esse sollicitos. est mihi
 iucunda in malis, & grata in dolore, vestra erga
 me voluntas: sed eam per deos immortales, quae so,
 deponite, atque obliu salutis mea, de vobis, ac de li-
 R beris